

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Biblioteki Narodowej BOZ 90, k. 54–54v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 46

[46] De hereditariis censualibus bonis et edificiis super censualia bona donata uxori coram iudicio. Capitulum XLvi

[S]i vir sue uxori edificia dederit, que super bona censualia edifi[l]/cata sunt, coram domino proprietatis, et coram suis vicinis, tempore sue vite, et inducit eam in possessionem, et si discedit ab hac luce sine prole, si heres suus super bona sua eadem voluerit loqui post mortem viri, nichil in eis poterit obtinere, si mulier protestaverit, quod sibi dotum [s] fuerit. Sin autem apparatus et edificia viri proprium fuerit, extunc heres mulieri infringere potest, nisi donacio in iudicio bannito fuerit confirmata. Quia nullus dare potest, nisi in iudicio bannito, vel coram iudice et scabinis, nisi suus heres contradicat. Sin autem hereditaria censualia bona fuerint, extunc uxori dare absque heredum consensus, vel absque domini proprietatis consensus, in cuius bonis sunt. <Lvi^a> Si vir mercimonia aut alia bona habuerit mobilia, et cum bonis emerit eisdem sunt censariis paterna successione, hoc sue uxori dare non potest, nisi in iudicio bannito coram iudice et scabinis. Sin autem vir habuerit bona mobilia aut marcimonia [s], que sibi propriis laboribus aut prospera fortuna accreuerunt, que potest in valitudine [k. 54v] vite sue cuicunque placet dare sine contradictione de iure, liberti in emendis sive obnoxii, et in successionibus in bonis naturalibus.

^a na marginesie

[hasła: mąż, żona, budynek, dobra czynszowe, własność, krewny, dożywocie, spadkobierca, dziedzic, potomstwo, sąd wyłożony, transakcja, sędzia, ławnik, sprzeciw, dobra dziedziczne, zgoda, zezwolenie, towar, ruchomość]